



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Visio imaginaria describitur, & explicatur. Sectio Prima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

rum est illud, quod Soloni cum Cræso contigit rogatus enim Solon à Cræso, num aliquem beatiorem se existimaret? respondit beatiorem esse Telum Atheniensem priuatum hominem, qui feliciter obiisset. Iterum rogatus, num quem alium beatiorem se crederet? nominauit duos Græcos fratres Cleotium, ac Bolium iam vita sanctos. Cræsum verò eam ob causam ira percitum huiusmodi responsione sedauit: *Ego, inquit, te Regem potentissimum ingenue fateor, beatum autem nequaquam dixerim, antequam diem claudas.* Quod autem Sapiens præcedentis sententiæ rationem afferens adiungit: *Quoniam in filiis suis agnoscitur vir:* illud significat, qualis quisque in vita fuerit, ex filiorum institutione colligi posse. Postremo, Ex eadem Ioannis sententia colligitur animæ immortalitas: si enim illi mortui, qui in Domino moriuntur, beati, ac felices prædicantur, proculdubio aliquid eorum post mortem remanet, cui felicitas cõueniat: nec enim id, quod nullo pacto existit, beatum censerì potest.

Immortalitas animæ.

COMMENTARIUM TERTIUM EXEGETICUM.

De simili filio hominis sedente super nubem, habente in capite coronam auream, & in manu falcem acutam, qua terram demessuit:

& de alio Angelo habente falcem, qua botros vineæ terræ vindemiauit.

Visio imaginaria describitur, & explicatur.

SECTIO PRIMA.



Ommemorata beatitudine, quam virgines, sanctique omnes consequentur, pœnisque impiorum, qui Antichristo adhaerent, explicatis, agit deinceps Ioannes de die iudicij, quo die & constituta electis præmia, & definita reprobis supplicia tribuentur. Itaque primum narrat vidisse se quendam similem filio hominis, id est, Christum in nube quadam candida tanquã in throno confidentem: venturum enim Christum ad iudicium in nube prænuñciauit

Dan. 7. 13.
Apoc. 1. 7.

Daniel c. 7. *Ecce cum nubibus celi quasi filius hominis veniebat:* & Apocal. 1. *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus.* Addit Ioannes hunc similem filio hominis apparuisse sibi habentem in capite coronam auream, id est, regalem dignitatem: & in manu sua falcem acutam, falcem, inquam, messoriam, vt patet ex sequentibus, id est, iudiciariam potestatem, qua veluti falce demessurus est hominum segetes, partim in celestia horrea inferendam, partim sempiternis ignibus addicendam. Secundo ait apparuisse vnum Angelum, qui exiit de templo, & voce magna ad similem filio hominis his verbis clamauit: *Mitte falcem tuam, & metes, quia venit hora, vt metatur, quoniam aruit metis terræ.* Quo loco per templum cælum ipsum, in quo Deus tanquam in sacerrimo, & augustissimo templo colitur, accipiendum est: per Angelum verò clamantem ad Christum, vt mittat falcem in terrã, & metat, representantur beati omnes, qui magna voce, id est, summis votis exoptant, vt dies iudicij adueniat, Christumque continuò orant, vt sinem iam tantam tãtis

Iudiciaria Christi potestas falci comparatur.

Iudicij dies votis omnibus exoptant beati.

malis imponere, cōpiterō que prædestinatorū numero electos quidē remuneret, in peccatores autem severe animaduertat. Itaque hic Angelus nomine omnium Sanctorum loquitur illud idem, quod Sanctorum anima tub altari clamabāt, c.

Apoc. 6. 10.

6. *Uſquequo Domine ſanctus, & uerum non iudicas, & non uſdicas ſanguinem noſtrum?* In eo loco diximus: quorum uotis annuens ſimilis filio hominis miſit falcem ſuam in terram, & de mella eſt terra, in quo aduentus Chriſti ad iudicium exprimitur. Tertio, Vidit alium Angelū exeuntem ſimiliter de tēplo, habentem etiā falcem

Valent. ad Chriſti de aduentu ſic.

Haym. Pannon. Anſbertus. Primas. Beda. Fran. Riber.

acutam, non meſſoriam tamen, ſed vindemiatoriā, ut patet ex cōtextu: videlicet hic etiā Angelus quali præcedenti conſentiens ſeſe ad vindemiandū accinxit, ut uoluntate, quam habebat de aduētū iudicij demonſtraret. Nec uerò nobis diſplicet eorū ſententia, qui hunc quoque Angelum Chriſtū interpretantur, quem admodum ſententiunt Haymo, Pannon. Anſb. Primas. Rupert. Beda, & alij, quorum ſententiam immeritò reſicit Riber. Itaque duplicem falcē Chriſtus habere uoluit eſt, meſſoriam ſcilicet, & vindemiatoriā, ut manifeſtum eſt ex ipſo cōtextu: nam propter priorē dictum eſt illi: *Mitte falcem tuam & uete, quia uenit hora, ut metatur, quoniam aruit meſſu terræ.* Propter poſteriorē autem: *Mitte falcem tuam, & vindemia botros uinea.* De quibus falcibus ſeſtione ſequenti diſputabimus.

II.

Quarto ait alium quoque Angelum exiuiſſe de altari, qui habebat poteſtatem ſupra ignem, clamanteque uoce magna ad præcedentem Angelum, qui habebat falcē vindemiatoriā: *Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros uinea, quonia matura ſunt uua eius.* Id quod Angelus quam primū præſtitit: miſit eſt falcē ſuam acutam in terram, & vindemiauit uineam, miſitque in lacum iræ Dei magnum, & calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu uſque ad frænos equorum per ſtadia mille ſexcenta. Hunc Angelum quidam ex recēſionibus arbitratur eſſe Angelum aliquem magnum, cui commiſſum eſt ut martyres in certamine adiuuet, & conſeruet, eamque ob cauſam habere poteſtatem ſupra ignem, per quem putat accipiendam eſſe charitatem, quam in martyribus conſilio, inſpiratione, auxilio excitat, & accendit, ne inter tam multas perſecutionum undas extingatur. Atque de hoc Angelo ſoſtaſſe dictum illud Pſal. 33.

Angelus in perſecutionibus adiuuant martyres.

Rſal. 33. 8.

Dan. 3. 49.

Immittet (ſeu ut Græcè eſt caſtra metabitur) *Angelus Domini in circuiſu timentiu eum, & eripiet eos:* & Dan. 3. *Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria, & ſociis eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace.* Verū hęc nobis nequaquam probabilia uidentur, nec inſtituto Ioannis congruentia. Primum, quia cum Ioannes diſſerat de ipſo iudicij die falciū nominibus expreſſo de communi ſententiā, quo quaſo nexu ſermonem faciat de Angelo, qui martyres adiuuet in perſecutionibus, que tunc nullæ erunt? Deinde nimis alienum uidetur per ignem hoc loco charitatem accipere, cum Ioannes totus uerſetur in iudicio deſcribendo, in falcibus mittendis in terram, in metendis, & vindemiandis hominibus, quæ omnia iudicium, examen, ſententiāque iudicis ſonant, ut iam ignis mentio eodem pertinere debeat, ad ſuppliciumque poſt latam iudicis ſententiā ſpectare. Tertio. Quoniam non unius certi Angeli eſt, ſed multorum charitatis ignem in animis fidelium excitare, & accendere.

III.

Anſbertus & Haymonis opinio non probatur auctori. Luc. 12. 49.

Haymo, & Anſbert. hunc quoque Angelum Chriſtum Dominum interpretatur, qui habeat poteſtatem ſuper ignem, id eſt, ſuper Spiritum ſanctum, quem poteſt mittere in corda fidelium, iuxta illud Luc. 12. *Ignem ueni mittere in terram:* de altari uerò egreditur, quia uerus eſt Pontifex. Sed illud huic ſententiæ aduerſatur, quod hic Angelus dicitur, clamare ad præcedentem Angelū, qui habebat falcē vindemiatoriā: *Mitte falcem tuam & vindemia botros uinea.* Cū enim Angelum

Angelum habentem falcem vindemiatoriam, Christum ipsum interpretentur, non apperet, quemodo apte Christum ad seipsum clamantem facient. Pannon. existimat esse Heliam Prophetam, qui potestatem dicatur habere super ignem per allusionem ad factum illud 3. Reg. 18. cum super immolatum bouem, in frusta que concisum fecit ignem de caelo descendere: qui dicatur etiam vltimis illis temporibus ad Christum clamare, vt mittat falcem suam in terram, hoc est, vt exerceat iam tandem iudiciariam potestatem, sinemque tantis Ecclesie calamitatibus imponat. Sed hoc quoque improbabile videtur.

Quare existimamus ignem hoc loco non figurate, sed proprie accipiendum esse: num tamen illum intelligere oporteat, quo mundus ad extremum deflagraturus est, vt sensit Andr. Casar. aa vero illum, quo damnati apud inferos torquebuntur, vt voluit Arethas, & Beda, vtrumque probabile iudicamus:

vtrique enim incendendo merito credi potest aliquam esse Angelum prepositum. Itaque de Angelo siue illi, siue huic igni preposito dictum esse putamus: *Qui habebat potestatem supra ignem.* Nec vero opinionem Bedae ita accipias, vt Angelus aliquis beatus prepositus sit inferni tormentis per seipsum inferendis, id enim officium Daemonum est: sed ita, vt curam habeat Diuinae iustitiae exercenda in damnatos, iubeatque supplicia damnatis, per Demones temen inferri. Quo sensu intelligendum est illud, quod ait D. Hier. super cap. 7. Dan. & citatur a Beda in hunc locum: *Duplex, inquit, est Angelorum officium, aliorum, qui praemia iustis tribuant: aliorum, qui singulis praesint cruciatibus.* Porro dicitur hic Angelus exiisse de altari, vtilicet holocausti: cum enim haberet potestatem super ignem, de nullo alio loco apertius, quam de eo, vbi ignis continuo nutrebat, egredi potuit. Hic igitur Angelus habens potestatem supra ignem clamat ad Christum, vt mittat falcem suam in terram, & vindemiet botros vineae: nimirum nomine omnium sanctorum, quorum personam gerit, exoptat, vt dies iudicij adueniat. Querat tamen aliquis, cum iam prior ille Angelus, id est, Christus, qui habebat falcem messoriam terram messisset, hoc est, iudicium exercuisset, adhuc ab eodem postuletur, vt mittat falcem vindemiatoriam, in qua proculdubio eadem potestas iudiciaria intelligenda est: Respondemus idem variis similitudinibus inculcari, aut certe, vt ait Ambr. in melle electos, in vinea reprobos significari, eod quod vinum mentem, ac iudicium perturbet, quae mentis, iudicijque perturbatio propria est improborum. Verum hac de re sequenti sectione scribimus.

Quod vero subiungitur de vinea vindemiata, missisque botris in lacum irae Dei magnum, deque calcato lacu extra ciuitatem, & sanguine, (hoc est, vino, quod sanguis vuae appellatur in sacris literis) exeunte de lacu extra ciuitatem, reproborum damnationem significat, qui extra ciuitatem, hoc est, extra caelestem illam urbem Hierusalem eieci ad inferos detruduntur. Et quoniam maxima futura est damnatorum multitudo, id circo additur, exiisse sanguinem de lacu, vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta. Aduertendumque calcatum lacum extra ciuitatem significare reprobos praelio Diuinae vitionis calcandos esse, ac premendos, vt ait Pannon. *extra ciuitatem*, hoc est, extra caelum apud inferos. Quod autem sanguis exiit de lacu vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta, illud significat, grauissimam futuram esse reproborum poenam, tantamque, vt redundet in capacissimum, & rapidissimum flumen, quod propter infinitam vim musti ex botris expressi effluere debeat per stadia mille sexcenta, (posito numero certo pro incerto) in quo toto spatio tam altum,

And. Casar. Incendendo igni quo deflagraturus est mundus praesit aliquis Angelus. Arethas. Beda.

D. Hieron. Angelorum alij iustis praemia tribuunt, alij damnatorum praesunt cruciatibus.

D. Ambr.

Reproborum poena, grauiss. flum.

& profundum debeat esse flumen, ut perueniat mustum vsque ad frænos equorum, sumpta metaphora ab equis traicientibus flumen aliquod profundissimū ubi aqua vique ad equorum frænos pertingit magno submersiois periculo.

Cur iudiciaria Christi potestas per falcem messoriam, & vindemiatariam expressa sit.

S E C T I O II.

I. **D** Vas falces commemorauit Ioannes, vnam messoriam, vindemiatariam alteram, quas in manu Christi posuit, ut explicauimus, & ad iudicium adumbrandum pertinere diximus: nunc quàm habeant cum iudiciaria Christi potestate, eiusque iudicio conuenientiam, doceamus. Primum igitur est aduertendū merito falcis nomine significari iudicium, quemadmodum exponit D. Greg. lib.

D. Gregor.
Iob. 40. 21.

Diuini iudicij potestatem fugere nemo.

Psal. 138. 8.

Psal. 74. 7.

33. Mor. c. 14. ubi hunc ipsum locum expendit: tractans enim verba illa Iob. 40. Nunquid ponet circulum in naribus eius? id est Leuiathā: Quod hoc loco, inquit, circulum, id Scriptura sacra per Ioannem in Apocalypsi falcem vocat: potestas enim Diuini iudicij, quia vndique stringit, circulus dicitur, & quia intra se omnia incidendo amplectitur, falcis appellatione signatur: in falce enim, quicquid inciditur, quaqua versum flectitur, intrus cadit. Et quia potestas superni iudicij nullatenus euitatur, (intra ipsam quippe sumus, quolibet fugere conemur) recte cui venturus iudex ostenditur, falce tenere perhibetur, quia eum potenter ad omnia obuia, incidendo circumdat. Intra iudicij falcem se Propheta vidit, cum diceret, Pl. 138. Si ascendero in caelum, tu illic es: si descendero in infernum, aduersi sumsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Intra quandam falcem se vidit, cui ex nullo sibi loco patere fuga aditum posse cognouit, dicens. Pl. 74. Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque a desertis montibus (subaudit, patet via fugiendi) & mox ipsam superna potentia omnimodam comprehensionem subdens ait: Quoniam Deus iudex est: ac si diceret: fugiendi via vndique dæst, quia ille iudicat, qui vbi-que est. Diuina itaque iudicia sicut signantur falce, quia circummuallantia incidunt: ita exprimentur circulo, quia vndique stringunt. Hæc Gregor.

II.

Matth. 13.
30.

Falce messoriam & vindemiatariam quam recte iudicium exprimitur.
Esai. 5. 2.
Cant. 1. 6.
Psal. 75. 13.

Et quidem, quod ad falcem messoriam attinet, meritò in ea iudicium exprimitur: siquidem homines Messis appellantur à Christo Matt. 6. 13. Tempore messis dicam messoribus: Colligite primum & arida, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. Quod ad vindemiatariam autem spectat, ea ratio est, quia homines etiam vineæ comparantur Esai. 5. Vineæ facta est dilectio meo: & Cant. 1. Posuerunt me custodem in vineis. Vnde Psal. 75. pro eo, quod nos habemus, Terribilis, & ei, qui auferit spiritum Principum, est Hebraicè: Terribilis, & ei, qui vindemiat spiritum Principum. Sed cur vtriuique falcis symbolo iudicium adumbratur, cum altera satis esse videretur? Prætermittam Ambrosij rationem, quam supra commemorauimus, ea etiam afferri potest, falcem messoriam ad senes, vindemiatariam ad iuuenes spectare. Quia enim senes maturè iam ætate decedunt, meritò messi arida, quæ apta est iam ad metendum comparantur: quia verò adolescentes florente adhuc ætate vineæ pulcherrimis botris refertam redundantemque repræsentant, ad vindemiatariam falcem iure pertinent: quæ duæ falces non solum ad extremum iudicium, sed etiam ad cuiusque mortem referendæ sunt: ea enim est quæ duplicem hanc falcem gerit: quarum altera senes metit, altera adolescentes vindemiat.

Mors cur duplici armetur falce,

ARGV-